

qui diripuit Lusitanos<sup>1</sup>. Atque horum bellorum duces non nominavit, sed sine nominibus res notavit. In iisdem exposuit quæ in Italiâ Hispanisque viderentur admiranda: in quibus multa industria et diligentia comparet, multa doctrina. Hujus de vitâ et moribus plura in eo libro persecuti sumus, quem separatim de eo fecimus<sup>2</sup>, rogatu T. Pomponii Attici. Quare studiosos Catonis ad illud volumen delegamus<sup>3</sup>.

<sup>1</sup> Lusitanos. Servio Galba hizo una invasion en Portugal.

<sup>2</sup> Fecimus. Esta vida de Caton, como otras varias obras de Nepote, se ha perdido.

<sup>3</sup> Delegamus. Remitimos.



## XXV.

## T. POMPONIO ÁTICO.

## CAPÍTULO I.

Pomponio Atico, de esclarecido linaje, se distinguió por sus talentos y estudios.

Titus Pomponius Atticus, ab origine ultimâ stirpis romanæ<sup>1</sup> generatus, perpetuò<sup>2</sup> a majoribus acceptam<sup>3</sup> equestrem<sup>4</sup> obtinuit dignitatem. Patre usus est diligente, indulgente, et, ut tum erant tempora, diti, imprimisque studioso litterarum. Hic, prout ipse amabat litteras, omnibus doctrinis, quibus puerilis ætas impertiri debet, filium erudit. Erat autem in

<sup>1</sup> Ab origine ultimâ stirpis romanæ. De una de las mas antiguas familias de Roma. Esta antigüedad se comprueba con el mismo sobrenombre de Pomponio; pues la casa Pomponia descendia del rey Numa Pompilio, que á uno de sus hijos llamó Pomponio. De este venian los Pomponios. Parece que la causa de llamarse Atico, fué por lo bien que hablaba la lengua griega.

<sup>2</sup> Perpetuò. Sin faltar nunca. Otros leen *perpetuo generatu*. Y se podrá traducir, *de varon en varon*.

<sup>3</sup> A majoribus acceptam. Sin haber salido nunca de su casa.

<sup>4</sup> Equestrem. Orden ecuestre ó de caballeros romanos, grado de nobleza medio entre los patricios y plebeyos. Las insignias de caballero romano eran un caballo y un anillo, que se le daba en público al que entraba á serlo.

puero, præter docilitatem ingenii, summa suavitas oris<sup>1</sup> ac vocis, ut non solum celeriter acciperet quæ tradebantur, sed etiam excellenter pronuntiaret. Quæ ex re in pueritiâ nobilis<sup>2</sup> inter æquales ferebatur, clariùsque exsplendescibat, quàm generosi condiscipuli animo æquo<sup>3</sup> ferre possent. Itaque incitabat omnes studio suo : quo in numero fuerunt L. Torquatus, C. Marius filius, M. Cicero; quos consuetudine suâ<sup>4</sup> sic sibi devinxit, ut nemo iis perpetuò fuerit carior.

## CAPÍTULO II.

Atico, refugiado en Atenas despues del asesinato de Sulpicio, y á causa de los disturbios civiles excitados por Cina, ayuda con sus riquezas al jóven Mario y á los Atenienses. (Año 666 de la fundacion de Roma, 88 antes de J. C.)

Pater maturè decessit. Ipse adolescentulus, propter affinitatem P. Sulpicii<sup>5</sup>, qui tribunus plebis<sup>6</sup> interfectus est<sup>7</sup>, non expers fuit illius periculi. Namque Anicia, Pomponii consobrina, nupserrat M. Servio, fratri Sulpicii. Itaque, interfecto Sulpicio, posteaquam

<sup>1</sup> *Oris*. De la fisonomia.

<sup>2</sup> *Nobilis*. Sobresaliente.

<sup>3</sup> *Animo æquo*. Sin picarse de emulacion.

<sup>4</sup> *Consuetudine suâ*. Con su trato.

<sup>5</sup> *P. Sulpicii*. Famoso orador.

<sup>6</sup> *Tribunus plebis*. Magistrado á cuyo cargo estaba proteger al pueblo contra los cónsules.

<sup>7</sup> *Interfectus est*. Por haber querido promulgar unas leyes perniciosas.

vidit cinnano tumultu<sup>1</sup> civitatem esse perturbatam, neque sibi dari facultatem pro dignitate vivendi, quin alterutram partem offenderet; dissociatis animis civium, quum alii Sullanis, alii Cinnanis faverent partibus, idoneum tempus ratus studiis obsequendi suis<sup>2</sup>, Athenas se contulit. Neque eò seciùs adolescentem Marium<sup>3</sup>, hostem judicatum<sup>4</sup>, jovit opibus suis : cujus fugam pecuniâ sublevavit. Ac ne illa peregrinatio detrimentum aliquod afferret rei familiaris, eòdem magnam partem fortunarum trajecit suarum. Hic ita vixit, ut universis Atheniensibus meritò esset carissimus; nam, præter gratiam<sup>5</sup>, quæ jam in adolescentulo magna erat, sæpe suis opibus inopiam eorum publicam levavit. Quum enim versuram facere publicè necesse esset, neque ejus conditionem æquam haberent<sup>6</sup>, semper se interposuit<sup>7</sup>, atque ita, ut neque usuram<sup>8</sup> unquam ab iis

<sup>1</sup> *Cinnano tumultu*. En el tumulto ó guerra civil de Cina. Murió de inteligencia con Cina; hizo matar á muchos hombres ilustres de Roma.

<sup>2</sup> *Studiis obsequendi suis*. De seguir su inclinacion.

<sup>3</sup> *Marium*. Fué siete veces cónsul.

<sup>4</sup> *Hostem judicatum*. Mirado como enemigo público.

<sup>5</sup> *Præter gratiam*. Fuera de la aceptacion que tenia.

<sup>6</sup> *Quum enim versuram facere publicè necesse esset, neque ejus conditionem æquam haberent*. Porque quando les era preciso para pagar deudas tomar dinero prestado, y no hallaban quien se lo prestase sino con usuras subidas. *Versuram facere* significa mudar de acreedor, tomar prestado de uno para pagar á otro.

<sup>7</sup> *Semper se interposuit*. Siempre entró de por medio.

<sup>8</sup> *Usuram*. Interés.

acceperit, neque longius, quàm dictum esset, eos debere passus sit<sup>1</sup>: quod utrumque erat iis salutare; nam neque indulgendo inveterascere horum æs alienum<sup>2</sup> patiebatur, neque multiplicandis usuris<sup>3</sup> crescere. Auxit hoc officium alià quoquè liberalitate: nam universos<sup>4</sup> frumento donavit, ita ut singulis septem modij tritici darentur: qui modus mensuræ *medimnus*<sup>5</sup> Athenis appellatur.

## CAPÍTULO III.

Atico es honrado en Atenas.

Hic autem sic se gerebat, ut communis infimis, par principibus videretur. Quo factum est, ut huic omnes honores, quos possent, publicè haberent, civemque facere studerent: quo beneficio ille uti noluit, [quòd nonnulli ita interpretantur<sup>6</sup> amitti civitatem romanam<sup>7</sup>, alià adscitã<sup>8</sup>]. Quamdiu adfuit,

<sup>1</sup> *Neque longius, quàm dictum esset, eos debere passus sit.* Siempre se mantuvo firme en que le pagasen al plazo señalado.

<sup>2</sup> *Æs alienum.* Deudas.

<sup>3</sup> *Multiplicandis usuris.* A puro pagar intereses.

<sup>4</sup> *Universos.* A Atenas, al comun.

<sup>5</sup> *Medimnus.* Medida que hacia siete medidas áticas de las que nosotros llamamos *celemin*.

<sup>6</sup> *Nonnulli ita interpretantur.* Algunos son de sentir

<sup>7</sup> *Amitti civitatem romanam.* Que se pierde el derecho de ciudadano romano.

<sup>8</sup> *Alià adscitã.* Admitiendo el derecho de ciudadano de otra.

ne qua sibi statua poneretur restitit; absens prohibere non potuit. Itaque aliquot ipsi et Phidiã<sup>1</sup> locis sanctissimis<sup>2</sup> posuerunt. Hunc enim in omni procuratione reipublicæ auctorem actoremque habebant. Igitur primum illud munus fortunæ, quòd in eã potissimum urbe natus est, in quã domicilium orbis terrarum esset imperii, ut eandem et patriam haberet et dominam: hoc specimen prudentiæ, quòd, quum in eam civitatem se contulisset, quæ antiquitate, humanitate, doctrinã præstaret omnes, ei unus ante alios fuerit carissimus.

## CAPÍTULO IV.

Atico, amado de Sila, vuelve á Roma. (Hacia el año 688 de la fundacion de Roma, 66 antes de J. C.)

Huc ex Asiã Sulla decedens<sup>3</sup> quum venisset, quamdiu ibi fuit, secum habuit Pomponium, captus adolescentis et humanitate<sup>4</sup> et doctrinã. Sic enim græcè loquebatur, ut Athenis natus videretur. Tanta autem suavitas erat sermonis latini, ut appareret in eo nativum quemdam leporem esse, non adscitum. Idem poemata pronuntiabat et græcè et latinè sic, ut suprã nihil posset addi. Quibus rebus factum est, ut

<sup>1</sup> *Phidiã.* Algunos leen *Piliã*, de *Pilia*, mujer del mismo Atico.

<sup>2</sup> *Locis sanctissimis.* Algunos son de parecer que estos dos lugares tan sagrados se llamaban *Pnyce* y *Pæcile*.

<sup>3</sup> *Sulla decedens.* Sila de vuelta de Asia, donde habia sido prelor.

<sup>4</sup> *Humanitate.* Cortesania.

Sulla nunquam eum ab se dimitteret, cūperetque secum deducere. Cui quum persuadere tentaret, « Noli, oro te, inquit Pomponius, adversum eos » me velle ducere, cum quibus ne contra te arma ferrem, Italiam reliqui. » At Sulla, adolescentis officio<sup>1</sup> collaudato, omnia munera ei, quæ Athenis acceperat, proficiscens iussit deferri. Hic complures annos moratus, quum et rei familiari tantum operæ daret, quantum non indiligens deberet paterfamilias, et omnia reliqua tempora aut litteris, aut Atheniensium reipublicæ tribueret, nihilominus amicis urbana officia præstitit<sup>2</sup>. Nam et ad comitia eorum ventitavit<sup>3</sup>; et, si qua res major acta est, non defuit: sicut Ciceroni, in omnibus ejus periculis, singularem fidem præbuit; cui ex patriâ fugienti, sestertiorum<sup>4</sup> ducenta et quinquaginta millia donavit<sup>5</sup>. Tranquillatis autem rebus romanis, remigravit Romam, ut opinor, L. Cottâ et L. Torquato consulibus. Quem diem sic universa civitas Atheniensium prosecuta est<sup>6</sup>, ut lacrymis desiderii futuri<sup>7</sup> dolorem indicaret.

<sup>1</sup> *Officio*. Correspondencia, fidelidad.

<sup>2</sup> *Urbana officia præstitit*. Les hizo los buenos officios que de él necesitaban en Roma.

<sup>3</sup> *Ad comitia eorum ventitavit*. Iba frecuentemente á votar en las elecciones en que le necesitaban.

<sup>4</sup> *Sestertiorum*. La palabra *sestertium* suele expresarse con una de estas dos abreviaturas HS. ó LLS. Sobre esta palabra véase á Facciolati, y al P. Juvencio al fin del Arte poética de Horacio.

<sup>5</sup> *Donavit*. Le regaló, le dió sin carga de pagarlo.

<sup>6</sup> *Prosecuta est*. Hizo memorable.

<sup>7</sup> *Desiderii futuri*. De la falta que les habia de hacer.

## CAPÍTULO V.

Attico heredero de Cecilio. Es íntimo amigo de Ciceron y de Hortensio.

Habebat avunculū Q. Cæcilium<sup>1</sup>, equitem romanum, familiarem L. Luculli<sup>2</sup>, divitem, difficillimā naturā<sup>3</sup>. Cujus sic asperitatem veritus est<sup>4</sup>, ut quem nemo ferre posset, hujus sine offensione ad summam senectutem relinuerit benevolentiam. Quo facto tulit pietatis fructum: Cæcilium enim moriens testamento adoptavit eum, heredemque fecit ex dodrante<sup>5</sup>: ex quā hereditate accepit circiter centies sestertium. Erat nupta soror Attici Q. Tullio<sup>6</sup> Ciceroni, easque nuptias M. Cicero conciliarat<sup>7</sup>, cum quo a discipulatu vivebat conjunctissimè, multò etiam familiarius quàm cum Quinto; ut judicari possit plus in amicitia valere similitudinem morum, quàm affinitatem. Utebatur autem intimè Q. Hortensio, qui iis temporibus principatum eloquentiæ tenebat; ut intelligi non posset, uter eum plus diligeret, Cicero an Hortensius: et id, quod erat difficillimum, efficiebat, ut inter quos tantæ laudis esset æmulatio<sup>8</sup>, nulla intercederet obtractatio, essetque talium viro- rum copula.

<sup>1</sup> *Cæcilium*. Caballero romano, su tio por parte de madre.

<sup>2</sup> *Luculli*. Lucio Licinio Luculo.

<sup>3</sup> *Difficillimā naturā*. De muy mal genio.

<sup>4</sup> *Veritus est*. Supo entender, manejar.

<sup>5</sup> *Ex dodrante*. De las tres cuartas partes de sus bienes.

<sup>6</sup> *Q. Tullio*. Q. Tulio, hermano de M. Tulio Ciceron.

<sup>7</sup> *Conciliarat*. Habia ajustado.

<sup>8</sup> *Æmulatio*. La competencia.

## CAPÍTULO VI.

Atico huye de los honores, de los empleos y de los pleitos.

In republicâ ita versatus est, ut semper optimarum partium et esset et existimaretur, neque tamen se civilibus fluctibus committeret, quòd non magis eos in suâ potestate<sup>4</sup> existimabat esse, qui se iis dedissent, quàm qui maritimis jactarentur. Honores non petiit, quum ei paterent<sup>2</sup> propter vel gratiam<sup>3</sup> vel dignitatem; quòd neque peti more majorum, neque capi possent conservatis legibus; in tam effusis ambitûs largitionibus, neque retineri sine periculo, corruptis civitatis moribus. Ad hastam publicam<sup>4</sup> nunquam accessit: nullius rei neque præses<sup>5</sup>, neque manceps<sup>6</sup> factus est. Neminem neque suo nomine<sup>7</sup>, neque subscribens<sup>8</sup> accusavit. In jus de suâ re nunquam iit<sup>9</sup>; iudicium nullum habuit<sup>10</sup>. Multorum con-

<sup>4</sup> *In suâ potestate.* Dueños de sí mismos.

<sup>2</sup> *Quum ei paterent.* Estándole tan abierta la carrera.

<sup>3</sup> *Gratiam.* Aceptacion.

<sup>4</sup> *Ad hastam publicam.* A las ventas ó almonedas públicas de los bienes confiscados.

<sup>5</sup> *Præses.* Fiador.

<sup>6</sup> *Manceps.* Arrendador ó interesado en arrendamientos, el que hace postura ó alguna puja.

<sup>7</sup> *Suo nomine.* Por sí, ó en su propio nombre.

<sup>8</sup> *Subscribens.* Dando su consentimiento.

<sup>9</sup> *In jus de suâ re nunquam iit.* Nunca le pusieron demanda sobre sus bienes.

<sup>10</sup> *Iudicium nullum habuit.* Jamás tuvo pleito alguno.

sulum prætorumque præfecturas<sup>1</sup> delatas sic accepit, ut neminem in provinciam sit secutus, honore fuerit contentus, rei familiaris despexerit fructum: qui ne cum Quinto quidem Cicerone voluerit ire in Asiam, quum apud eum legati<sup>2</sup> locum obtinere posset. Non enim decere se arbitrabatur, quum præturam gerere nolisset, asseclam<sup>3</sup> esse prætoris; quâ in re non solùm dignitati<sup>4</sup> serviebat, sed etiam tranquillitati, quum suspiciones quoquè vitaret criminum: quo fiebat ut ejus observantia<sup>5</sup> omnibus esset carior, quum eam officio, non timori neque spei, tribui viderent.

## CAPÍTULO VII.

Atico, en la guerra civil entre César y Pompeyo, no incurrió en el odio de ninguno de los dos partidos. (Año 705 de la fundacion de Roma, 51 antes de J. C.)

Incidit cæsarianum civile bellum<sup>6</sup>, quum haberet annos circiter sexaginta. Usus est ætatis vacatione<sup>7</sup>, neque se quoquàm movit ex urbe. Quæ amicis suis opus fuerant ad Pompeium proficiscentibus, omnia ex suâ re familiari dedit. Ipsum Pompeium conjunc-

<sup>1</sup> *Præfecturas.* Empleos.

<sup>2</sup> *Legati.* Lugarteniente.

<sup>3</sup> *Asseclam.* Dependiente.

<sup>4</sup> *Dignitati.* A su decoro.

<sup>5</sup> *Ejus observantia.* Su buena correspondencia, proceder.

<sup>6</sup> *Incidit cæsarianum civile bellum.* Sucedió la guerra civil de César y Pompeyo.

<sup>7</sup> *Usus est ætatis vacatione.* Se valió del privilegio de su avanzada edad.

tum non offendit<sup>1</sup>; nullum enim ab eo habebat ornamentum<sup>2</sup>, ut ceteri, qui per eum aut honores, aut divitias ceperant: quorum partim invitissimi castra sunt secuti, partim summâ cum ejus offensione<sup>3</sup> domi remanserunt. Attici autem quies<sup>4</sup> tantopere Cæsari fuit grata, ut victor, quum privatis pecunias per epistolas imperaret<sup>5</sup>, huic non solum molestus non fuerit, sed etiam sororis filium et Q. Ciceronem ex Pompeii castris<sup>6</sup> concesserit<sup>7</sup>. Sic vetere instituto vitæ effugit nova pericula.

## CAPÍTULO VIII.

Atico continúa en la amistad de M. Bruto, aun cuando este es abandonado y tiene que emigrar.

Secutum est illud<sup>8</sup>, occiso Cæsare: quum publica penes<sup>9</sup> Brutos videretur esse et Cassium, ac tota civitas se ad eos convertisse<sup>10</sup> videretur, sic

<sup>1</sup> *Ipsum Pompeium conjunctum non offendit.* No ofendió al mismo Pompeyo con quien tenía alguna conexión.

<sup>2</sup> *Ornamentum.* Dignidad alguna.

<sup>3</sup> *Summâ cum ejus offensione.* Con sumo disgusto de Pompeyo.

<sup>4</sup> *Quies.* Neutralidad.

<sup>5</sup> *Quum privatis pecunias per epistolas imperaret.* Pidiendo á otros dinero por cartas.

<sup>6</sup> *Ex Pompeii castris.* Que habian militado con Pompeyo.

<sup>7</sup> *Concesserit.* Dió libertad.

<sup>8</sup> *Secutum est illud.* Hé aquí lo que se siguió despues.

<sup>9</sup> *Penes.* En manos.

<sup>10</sup> *Ad eos convertisse.* Que habia puesto en ellos toda su esperanza.

M. Bruto usus est<sup>1</sup>, ut nullo ille adolescens æquali familiaritius quàm hoc sene, neque solum eum principem consilii<sup>2</sup> haberet, sed etiam in convictu<sup>3</sup>. Excogitatum est a quibusdam<sup>4</sup>, ut privatam ærarium<sup>5</sup> Cæsaris interfectoris ab equitibus romanis constitueretur. Id facile effici posse arbitrati sunt, si et principes illius ordinis pecunias contulissent. Itaque appellatus est a C. Flavio, Bruti familiari, Atticus, ut ejus rei princeps esse<sup>6</sup> vellet. At ille, qui officia amicis præstanda sine factione<sup>7</sup> existimaret, semperque a talibus se consiliis removisset, respondit, « si quid Brutus de suis facultatibus uti voluisset, usurum, quantum<sup>8</sup> eæ paterentur: se neque cum quoquam de eâ re collocuturum, neque coitutum. » Sic ille consensionis globus<sup>9</sup> hujus unius dissensione disjectus est. Neque multò post, superior esse cœpit Antonius, ita ut Brutus et Cassius, provinciarum, quæ iis necis causâ<sup>10</sup> datæ erant a consulibus, desperatis rebus, in exsilium proficiscerentur. Atticus, qui pecuniam simul cum ceteris conferre no-

<sup>1</sup> *Sic M. Bruto usus est.* Era tan amigo de M. Bruto.

<sup>2</sup> *Principem consilii.* Por su principal consejero.

<sup>3</sup> *In convictu.* En su compañía.

<sup>4</sup> *Excogitatum est a quibusdam.* Proyectaron algunos.

<sup>5</sup> *Privatam ærarium.* Un fondo particular.

<sup>6</sup> *Princeps esse.* Tuviere á bien ser el primero.

<sup>7</sup> *Sine factione.* Sin espíritu de partido.

<sup>8</sup> *Quantum.* En cuanto diesen de sí.

<sup>9</sup> *Ille consensionis globus... disjectus est.* Aquella tropa unida de facinerosos quedó desbaratada y dispersa.

<sup>10</sup> *Necis causâ.* Por la muerte de César.

luerat florenti illi parti, abjecto Bruto Italiâque cedenti<sup>1</sup> sestertiorum centum millia<sup>2</sup> muneri misit. Eidem in Epiro absens trecenta<sup>3</sup> jussit dari. Neque eò magis potenti adulatus est Antonio, neque desperatos reliquit.

## CAPÍTULO IX.

Atico, despues de haberse declarado á Antonio enemigo de la patria, no solo se abstiene de hacerle daño alguno, sino que favorece á él y á su esposa Fulvia.

Secutum est bellum gestum apud Mutinam<sup>4</sup>: in quo si tantum eum prudentem dicam, minus quam debeam prædicem, quum ille potius divinus fuerit, si divinatio appellanda est perpetua naturalis bonitas, quæ nullis casibus neque agitur, neque minuitur. Hostis Antonius judicatus Italiâ cesserat<sup>5</sup>; spes restituendi nulla erat. Non solum ejus inimici, qui tum erant potentissimi et plurimi, sed etiam qui adversariis ejus se dabant<sup>6</sup>, et in eo lædendo se aliquam consecuturos sperabant commendationem<sup>7</sup>, Antonii familiares insequabantur; uxorem Fulviam omnibus rebus spoliare cupiebant; liberos etiam extinguere

<sup>1</sup> *Abjecto Bruto Italiâque cedenti.* Abatido Bruto y fugitivo de Italia.

<sup>2</sup> *Sestertiorum centum millia.* Cien mil sestercios, que hacen cerca de 50,000 reales.

<sup>3</sup> *Trecenta.* Trescientos mil, que son como 15,000 reales.

<sup>4</sup> *Bellum gestum apud Mutinam.* La guerra de Módena.

<sup>5</sup> *Cesserat.* Habia salido.

<sup>6</sup> *Se dabant.* Se unian con los contrarios de este.

<sup>7</sup> *Commendatioem.* Algunas ventajas.

parabant. Atticus quum Ciceronis intimâ familiaritate uteretur, amicissimus esset Bruto, non modò nihil iis indulsit ad Antonium violandum<sup>1</sup>, sed e contrario familiares ejus, ex urbe profugientes, quantum potuit, texit<sup>2</sup>; quibus rebus indiguerunt, adjuvit: P. verò Volumnio ea tribuit<sup>3</sup>, ut plura a parente proficisci non potuerint<sup>4</sup>. Ipsi autem Fulviæ, quum litibus distineretur, magnisque terroribus vexaretur, tantâ diligentia officium suum præstitit, ut nullum illa stiterit vadimonium sine Attico<sup>5</sup>; hic sponsor omnium rerum fuerit. Quin etiam, quum illa fundum secundâ fortunâ emisset in diem, neque post calamitatem versuram facere potuisset, ille se interposuit, pecuniamque sine fœnore, sineque ullâ stipulatione<sup>6</sup> ei credit, maximum existimans quæstum, memorem gratumque cognosci, simulque aperire, se non fortunæ, sed hominibus solere esse amicum: quæ quum faciebat, nemo eum temporis causâ<sup>7</sup> facere poterat existimare; nemini enim in opinionem veniebat Antonium rerum potiturum<sup>8</sup>. Sed sen-

<sup>1</sup> *Violandum.* Para maltratar.

<sup>2</sup> *Texit.* Protegió, defendió.

<sup>3</sup> *P. verò Volumnio ea tribuit.* Pero hizo tan señalados favores á Pub. Volumnio.

<sup>4</sup> *Ut plura a parente proficisci non potuerint.* Que no le pudieran venir mayores de mano de padre.

<sup>5</sup> *Ut nullum illa stiterit vadimonium sine Attico.* Que jamás compareció en juicio sin Atico.

<sup>6</sup> *Sine fœnore, sineque ullâ stipulatione.* Sin interés, ni condicion alguna.

<sup>7</sup> *Temporis causâ.* Por acomodarse al tiempo.

<sup>8</sup> *Rerum potiturum.* Volveria á apoderarse del mando.

sim<sup>4</sup> is a nonnullis optimatibus reprehendebatur, quòd parùm odisse malos cives videretur. Ille autem sui iudicii<sup>2</sup>, potiùs quid se facere par esset<sup>3</sup> ir-  
tuebatur, quàm quid alii laudaturi forent.

## CAPÍTULO X.

Atico escapa de las proscripciones de Antonio.

Conversa subitò fortuna<sup>4</sup> est. Ut Antonius rediit in Italiam, nemo non magno in periculo Atticum futurum putarat, propter intimam familiaritatem Ciceronis et Bruti. Itaque ad adventum imperatorum<sup>5</sup> de foro decesserat<sup>6</sup>, timens proscriptionem; latebatque apud P. Volumnium, cui, ut ostendimus paulò antè, opem tulerat. Tanta varietas iis temporibus fuit fortunæ, ut modò hi, modò illi in summo essent aut fastigio, aut periculo. Habebat secum Q. Gellium Canum, æqualem simillimumque sui. Hoc quoquè sit Attici bonitatis exemplum, quòd cum eo, quem puerum in ludo<sup>7</sup> cognoverat, adeo conjunctè vixit, ut ad extremam ætatem amicitia eorum creverit. Antonius autem, etsi tanto odio ferebatur<sup>8</sup> in

<sup>4</sup> *Sensim*. A escondidas, en secreto.

<sup>2</sup> *Ille* (sup. *qui erat vir*) *iudicii sui*. Que no se dejaba engañar.

<sup>3</sup> *Quid par esset*. Lo que era justo.

<sup>4</sup> *Fortuna*. El estado de las cosas.

<sup>5</sup> *Imperatorum*. De los generales Augusto, Lepido y M. Antonio.

<sup>6</sup> *De foro decesserat*. Se abstuvo de parecer en público.

<sup>7</sup> *In ludo*. En la escuela.

<sup>8</sup> *Ferebatur*. Se dejaba arrebatado.

Ciceronem, ut non solùm ei, sed omnibus etiam ejus amicis esset inimicus, eosque vellet proscribere, multis hortantibus, tamen Attici memor fuit officii<sup>1</sup>, et ei, quum requisisset ubinam esset, suà manu scripsit, « netimeret, statimque ad se veniret: » se eum, et, illius causà, Gellium Canum de pros-  
» criptorum numero exemisse. » Ac, ne quod in periculum incideret, quòd noctu fiebat<sup>2</sup>, præsidium<sup>3</sup> ei misit. Sic Atticus in summo timore, non solùm sibi, sed etiam ei quem carissimum habebat, præsidio fuit<sup>4</sup>: neque enim suæ solùm a quoquam auxilium petiit salutis, sed conjunctim; ut appareret nullam se junctam sibi ab eo velle fortunam<sup>5</sup>. Quòd si gubernator<sup>6</sup> præcipuà laude fertur, qui navem ex hieme<sup>7</sup> marique scopuloso servat, cur non singularis ejus existimetur prudentia, qui ex tot tamque gravibus procellis civilibus ad incolumitatem pervenit<sup>8</sup>?

<sup>1</sup> *Attici memor fuit officii*. Se acordó de los buenos officios que Atico le habia hecho.

<sup>2</sup> *Quòd noctu fiebat*. Porque era de noche.

<sup>3</sup> *Præsidium*. Escolta.

<sup>4</sup> *Præsidio fuit*. Le libró.

<sup>5</sup> *Nullam se junctam sibi ab eo velle fortunam*. Que queria correr la misma fortuna que él.

<sup>6</sup> *Gubernator*. Piloto.

<sup>7</sup> *Ex hieme*. De la tempestad.

<sup>8</sup> *Ad incolumitatem pervenit*. Llegó á salvo.



## CAPÍTULO XI.

Atico continúa siendo fiel á los proscritos, y sirve á uno y otro partido.

Quibus ex malis ut se emererat<sup>1</sup>, nihil aliud egit quàm ut plurimis, quibus rebus posset, esset auxilio. Quum proscriptos præmiis imperatorum vulgus conquireret, nemo in Epirum venit, cui res ulla defuerit; nemini non ibi perpetuò manendi potestas facta est. Qui etiam, post prælium philippense interitumque C. Cassii et M. Bruti, L. Julium Mocillam prætorium, et ejus filium, Aulumque Torquatam, ceterosque pari fortunâ percursos, instituit tueri; atque ex Epiro his omnia Samothraciam supportari jussit<sup>2</sup>. Difficile enim est omnia persequi, et non necessarium. Illud unum intelligi volumus, illius liberalitatem neque temporariam, neque callidam fuisse<sup>3</sup>. Id ex ipsis rebus ac temporibus judicari potest, quòd non florentibus se venditavit, sed afflictis semper succurrit: qui quidem Serviliam, Bruti matrem, non minùs post mortem ejus, quàm florente<sup>4</sup>, coluerit. Sic liberalitate utens, nullas inimicitias gessit, quòd neque lædebat quemquam, neque, si quam injuriam acceperat, malebat ulcisci quàm

<sup>1</sup> *Ut se emererat.* Luego que se vió libre.

<sup>2</sup> *Atque ex Epiro his omnia Samothraciam supportari jussit.* Y mandó que desde el Épiro les llevasen todo cuanto necesitasen á la Samotracia.

<sup>3</sup> *Neque temporariam, neque callidam fuisse.* Ni era acomodada al tiempo, ni á la politica.

<sup>4</sup> *Florente (sup. Bruto).*

oblivisci. Idem immortalis memoriâ percepta retinebat beneficia; quæ autem ipse tribuerat, tamdiu meminerat, quoad ille gratus erat qui acceperat. Itaque hic fecit, ut verè dictum videatur: « Sui cuique » mores fingunt fortunam<sup>1</sup>. » Neque tamen priùs ille fortunam quàm se ipse finxit<sup>2</sup>; qui cavet ne quâ in re jure plecteretur<sup>3</sup>.

## CAPÍTULO XII.

Atico no se aprovechó del valimiento que tenia con Vipsanio y Antonio sino en favor de sus amigos, para librarlos de los peligros que les amenazaban.

His igitur rebus effecit, ut M. Vipsanius Agrippa, intimâ familiaritate conjunctus adolescenti Cæsari, quum propter suam gratiam, et Cæsaris potentiam<sup>4</sup>, nullius conditionis non haberet potestatem<sup>5</sup>, potissimum ejus deligeret affinitatem, præoptaretque equitis romani filiam generosarum<sup>6</sup> nuptiis. Atque harum

<sup>1</sup> *Sui cuique mores fingunt fortunam.* Las costumbres fabrican á cada uno la fortuna; ó cada uno es hijo de sus obras.

<sup>2</sup> *Neque tamen priùs ille fortunam quàm se ipse finxit.* Aunque él no fabricó la suya antes de formarse á sí mismo.

<sup>3</sup> *Cavit ne quâ in re jure plecteretur.* Cuidó de que no le pudiesen tachar en cosa alguna.

<sup>4</sup> *Propter suam gratiam, et Cæsaris potentiam.* Por su valimiento, y por el poder de César su amigo.

<sup>5</sup> *Nullius conditionis non haberet potestatem.* Teniendo en su mano el emparentar con cualquiera de las personas de mas calidad.

<sup>6</sup> *Generosarum.* Honrada, ilustre, de familia distinguida.

nuptiarum conciliator fuit<sup>1</sup> (non enim est celandum) M. Antonius, triumvir reipublicæ constituendæ. Cujus gratiâ quum augere possessiones posset suas, tantum abfuit a cupiditate pecuniæ, ut nullâ in re usus sit eâ, nisi in deprecandis amicorum aut periculis aut incommodis<sup>2</sup>. Quod quidem sub ipsâ proscriptione<sup>3</sup> perillustre fuit. Nam quum L. Saufeii, equitis romani, æqualis sui, qui cum eo complures annos, studio ductus philosophiæ, Athenis habitabat, habebatque in Italiâ pretiosas possessiones, triumviri bona vendidissent, consuetudine eâ quâ tum res gerebantur<sup>4</sup>; Attici labore atque industriâ factum est, ut eodem nuntio<sup>5</sup> Saufeius fieret cerior, se patrimonium amisisse et recuperasse. Idem L. Julium Calidium<sup>6</sup>, quem post Lucretii Catullique mortem, multò elegantissimum poetam nostram tulisse ætatem verè videor posse contendere<sup>7</sup>, neque

<sup>1</sup> Conciliator fuit. Ajustó.

<sup>2</sup> Nisi in deprecandis amicorum aut periculis aut incommodis. Sino en apartar de sus amigos los peligros y calamidades.

<sup>3</sup> Sub ipsâ proscriptione. Al tiempo mismo de la confiscacion.

<sup>4</sup> Consuetudine eâ quâ tum res gerebantur. Segun la costumbre que entonces reinaban.

<sup>5</sup> Eodem nuntio. En el mismo correo.

<sup>6</sup> Idem L. Julium Calidium... expedit. El mismo Atico sacó libre á L. Julio Calidio, etc.

<sup>7</sup> Quem... multò elegantissimum poetam nostram tulisse ætatem verè videor posse contendere. Me parece que puedo asegurar con verdad, que ha sido el poeta mas elocuente de nuestros tiempos.

minus virum bonum, optimisque artibus eruditum<sup>1</sup>, post proscriptionem equitum, propter magnas ejus africanas possessiones, in proscriptorum numerum a P. Volumnio, præfecto fabrùm<sup>2</sup> Antonii, absentem relatum<sup>3</sup>, expedit. Quod in præsentí ufrum ei laboriosius, an gloriosius fuerit, difficile fuit judicare, quòd in eorum periculis non secus absentes quàm præsentés amicos Attico esse curæ cognitum est.

## CAPÍTULO XIII.

Atico, excelente padre de familias, vivió de un modo honroso, pero sin lujo alguno.

Neque verò minus ille bonus paterfamilias habitus est, quàm civis; nam quum esset pecuniosus, nemo illo minus fuit emax, minus ædificator<sup>4</sup>. Neque tamen non in primis bene habitavit<sup>5</sup>, omnibusque optimis rebus usus est<sup>6</sup>: nam domum habuit in

<sup>1</sup> Neque minus virum bonum, optimisque artibus eruditum. Sin dejar por esto de ser recomendable por su bondad, é instruccion en las mejores artes.

<sup>2</sup> Præfecto fabrùm. Comandante de la artillería.

<sup>3</sup> In proscriptorum numerum a P. Volumnio... absentem relatum. A quien en ausencia puso P. Volumnio en el número de los proscriptos.

<sup>4</sup> Nemo illo minus fuit emax, minus ædificator. Nadie hubo menos aficionado á hacer compras y obras que él.

<sup>5</sup> Neque tamen non in primis bene habitavit. Con todo no dejó de habitar una de las casas mas cómodas.

<sup>6</sup> Omnibusque optimis rebus usus est. Y de tener para el servicio de ella lo mas excelente.

colle Quirinali Tamphilanam, ab avunculo hereditate relictam, cujus amœnitas non ædificio, sed silvâ, constabat. Ipsum enim tectum antiquitus constitutum, plus salis quàm sumptûs habebat<sup>1</sup>: in quo nihil commutavit, nisi si quid vetustate coactus est. Usus est familiâ, si utilitate judicandum est, optimâ; si formâ, vix mediocri<sup>2</sup>. Namque in eâ erant pueri litteratissimi<sup>3</sup>, anagnostæ optimi, et plurimi librarii<sup>4</sup>, ut ne pedisequus quidem quisquam esset, qui non utrumque horum pulchrè facere posset. Pari modo artifices ceteri, quos cultus domesticus<sup>5</sup> desiderat, apprimè boni: neque tamen horum quemquam, nisi domi natum, domique factum<sup>6</sup> habuit: quod est signum non solùm continentiæ, sed etiam diligentiæ. Nam et non intemperanter concupiscere, quod a plurimis videas, continentis debet duci; et potiùs diligentia quàm pretio parare, non mediocris est industriæ<sup>7</sup>. Elegans, non magnificus<sup>8</sup>; splendidus,

<sup>1</sup> Plus salis quàm sumptûs habebat. Tenia mas de gusto de de coste.

<sup>2</sup> Si formâ, vix mediocri. Si por lo exterior, apenas podia pasar por mediana.

<sup>3</sup> Pueri litteratissimi. Criados muy literatos.

<sup>4</sup> Anagnostæ optimi, et plurimi librarii. Excelentes lectores, y muchos amanuenses.

<sup>5</sup> Cultus domesticus. Servicio de una casa.

<sup>6</sup> Domique factum. Y educado en su casa.

<sup>7</sup> Nam et non intemperanter concupiscere, etc. Pues se debe tener por prueba de moderacion no desear con demasiada ansia, como vemos hacer á los mas; y asimismo es prueba de no pequeña industria el proveerse mas á costa de aplicacion que de dinero.

<sup>8</sup> Elegans, non magnificus. Limpio, pero sin magnificencia.

non sumptuosus<sup>1</sup>; omni diligentia munditiam, non affluentiam affectabat<sup>2</sup>. Supellex modica, non multa, ut in neutram partem conspici posset<sup>3</sup>. Nec hoc præteribo, quanquam nonnullis leve visum iri putem: quum in primis lautus<sup>4</sup> esset eques romanus, et non parùm liberaliter domum suam omnium ordinum<sup>5</sup> homines invitaret, scimus non ampliùs quàm terna millia æris<sup>6</sup>, peræquè in singulos menses<sup>7</sup>, ex ephemeride<sup>8</sup> eum expensum sumptui ferresolitam. Atque hoc non auditum, sed cognitum prædicamus; sæpe enim, propter familiaritatem, domesticis rebus interfuimus.

## CAPÍTULO XIV.

Atico nunca se sentaba á la mesa sin oír la lectura de algun libro: usó de sus rentas con prudencia.

Nemo in convivio ejus aliud acroama<sup>9</sup> audivit

<sup>1</sup> Splendidus, non sumptuosus. Espléndido, pero sin demasiados gastos.

<sup>2</sup> Omni diligentia munditiam, non affluentiam affectabat. Procuraba con todo estudio una limpieza que no tocara en superfluidad.

<sup>3</sup> Ut in neutram partem conspici posset. De modo que no se le podia notar ni de ser pocos ni de ser muchos sus muebles.

<sup>4</sup> In primis lautus. De los que mejor se trataban.

<sup>5</sup> Ordinum. Clases.

<sup>6</sup> Quàm terna millia æris. Tres mil monedas, que equivalian á unos dos mil reales.

<sup>7</sup> Peræquè in singulos menses. Cada mes.

<sup>8</sup> Ex ephemeride. Segun el libro del gasto diario.

<sup>9</sup> Acroama. Música.

quàm anagnosten; quod nos quidem jucundissimum arbitramur: neque unquam sine aliquâ lectione apud eum cœnatum est, ut non minùs animo quàm ventre convivæ delectarentur; namque eos vocabat, quorum mores a suis non abhorrent<sup>1</sup>. Quum tanta pecuniæ facta esset accessio, nihili de quotidiano cultu mutavit, nihil de vitæ consuetudine; tantâque usus est moderatione, ut neque in sestertio vicies<sup>2</sup>, quod a patre acceperat, parùm se splendide gesserit, neque in sestertio centies<sup>3</sup>, affluentius vixerit quàm instituerat, parique fastigio<sup>4</sup> steterit in utrâque fortunâ. Nullos habuit hortos, nullam suburbanam aut maritimam sumptuosam villam, neque in Italiâ, præter Ardeatinum et Nomentanum, rusticum prædium; omnisque ejus pecuniæ reditus constabat in epiroticis et urbanis possessionibus. Ex quo cognosci potest eum usum pecuniæ non magnitudine, sed ratione metiri<sup>5</sup> solitum.

## CAPÍTULO XV.

Atico habló siempre el lenguaje de la verdad: fué activo y laborioso.

Mendacium neque dicebat, neque pati poterat: itaque ejus comitas non sine severitate erat, neque

<sup>1</sup> Non abhorrent. No desdecian.

<sup>2</sup> In sestertio vicies, esto es, in vicies centenis millibus sestertiorum. Cuando tenia dos millones de sestercios.

<sup>3</sup> Neque in sestertio centies. Ni cuando se vió con diez millones de sestercios.

<sup>4</sup> Parique fastigio. Siempre igual.

<sup>5</sup> Ratione metiri. Arreglar con razon.

gravitas sine facilitate; ut difficile esset intellectu, utrùm eum amici magis vererentur, an amarent. Quidquid rogabatur, religiosè<sup>1</sup> promittebat; quòd non liberalis, sed levis arbitrabatur, polliceri quod præstare non posset. Idem in nitendo, quod semel annuisset, tantâ erat curâ<sup>2</sup>, ut non mandatam, sed suam rem<sup>3</sup> videretur agere. Nunquam suscepti negotii eum pertæsum est: suam enim existimationem in eâ re agi<sup>4</sup> putabat, quâ nihil habebat carius: quo fiebat, ut omnia Ciceronum, Catonis, Marii, Q. Hortensii, Auli Torquati, multorum præterea equitum romanorum negotia procuraret. Ex quo judicari poterat, non inertia, sed judicio<sup>5</sup> fugisse reipublicæ procuracionem.

## CAPÍTULO XVI.

Atico estaba dotado de una grande dulzura de carácter: su íntima amistad con Ciceron.

Humanitatis verò nullum afferre majus testimonium possum, quàm quòd adolescens idem seni Sullæ fuerit jucundissimus, senex adolescenti M. Bruto; cum æqualibus autem suis Q. Hortensio et M. Cice-

<sup>1</sup> Religiosè. Con miramiento.

<sup>2</sup> Idem in nitendo quod semel annuisset, tantâ erat curâ. Era tan eficaz en mantenerse en aquello en que una vez se habia empeñado.

<sup>3</sup> Non mandatam, sed suam rem. No un negocio ajeno, sino propio.

<sup>4</sup> In eâ re agi. Que en eso le iba.

<sup>5</sup> Non inertia, sed judicio. No por desidia, sino por prudencia.

rone sic vixerit, ut judicare difficile sit, cui ætati fuerit aptissimus<sup>1</sup>: quamquam eum præcipuè dilexit Cicero, ut ne frater quidem ei Quintus carior fuerit aut familiarior. Ei rei sunt indicio, præter eos libros in quibus de eo facit mentionem, qui in vulgus jam sunt editi<sup>2</sup>, sexdecim volumina epistolarum, ab consulatu ejus usque ad extremum tempus ad Atticum missarum: quæ qui legat, non multum desideret historiam contextam<sup>3</sup> illorum temporum. Sic enim omnia de studiis<sup>4</sup> principum, vitiis<sup>5</sup> dumcum, mutationibus reipublicæ perscripta sunt, ut nihil in iis non appareat; et faciliè existimari possit, prudentiam quodammodo esse divinationem: non enim Cicero ea solum, quæ vivo se acciderunt, futura prædixit, sed etiam quæ nunc usu veniunt, cecinit ut vates<sup>6</sup>.

## CAPÍTULO XVII.

Respeto y amor filial de Atico: su erudicion.

De pietate autem Attici<sup>7</sup> quid plura commemorem, quum hoc ipsum verè gloriantem audierim in funere

<sup>1</sup> Cui ætati fuerit aptissimus. A qué edad se acomodaba mejor.

<sup>2</sup> Qui in vulgus jam sunt editi. Que ya se han publicado.

<sup>3</sup> Contextam. Seguida.

<sup>4</sup> Studiis. Inclinaciones.

<sup>5</sup> Vitiis. Yerros ó desacierlos.

<sup>6</sup> Cecinit ut vates. Pronosticó como adivino.

<sup>7</sup> De pietate autem Attici. Acerca del amor de Atico á los suyos.

matris suæ, quam extulit<sup>1</sup> annorum nonaginta, quum esset septem et sexaginta, se nunquam cum matre in gratiam rediisse<sup>2</sup>, nunquam cum sorore fuisse in similtate<sup>3</sup>, quam propè æqualem habebat<sup>4</sup>? Quod est signum, aut nullam unquam inter eos querimoniam intercessisse, aut hunc eà fuisse in suos indulgentiã<sup>5</sup>, ut quos amare deberet, irasci eis nefas duceret. Neque id fecit naturã<sup>6</sup> solum, quamquam omnes ei paremus<sup>7</sup>, sed etiam doctrinã; nam et principum philosophorum ita percepta habuit præcepta, ut iis ad vitam agendam, non ad ostentationem, uteretur<sup>8</sup>.

## CAPÍTULO XVIII.

Atico era muy instruido en la historia de la antigüedad y en las genealogías: tambien se dedicó á la poesia.

Moris etiam majorum summus imitator fuit, antiquitatisque amator, quam adeo diligenter habuit

<sup>1</sup> Extulit. Enterró.

<sup>2</sup> Nunquam cum matre in gratiam rediisse. Nunca tuvo que reconciliarse con su madre.

<sup>3</sup> Nunquam cum sorore fuisse in similtate. Nunca habia tenido enojo alguno con su hermana.

<sup>4</sup> Quam propè æqualem habebat. Que era casi de la misma edad.

<sup>5</sup> Indulgentiã. De tan blanda condicion.

<sup>6</sup> Naturã. Por su genio.

<sup>7</sup> Paremus. Estamos sujetos.

<sup>8</sup> Ut iis ad vitam... uteretur. Que le servia para arreglar por ellas sus acciones, y no para hacer ostentacion de su ciencia.